

EX MISCELLA-
NEORVM SCRIPTORIBVS
DIGESTORVM, CODICIS,
& institutionum Juris Ciuilis
interpretatio collecta,

A MARTINO ANTONIO
Del-Rio, Regio in Brabantiae Can.
cellaria Consiliario.
Postea Societatis Jesu.

Accesserunt eiusdem repetitio, l. Transfigere C. de Transactionibus.

ITEM;

Exercitatio ad l. contractus. D. de reg. iuris, & Epitome ex
lib. 1. & 2. elementorum iuris, Cl. I. C. Joachimi
Hopperi, numquam prius edita.



Num. 5. Cap. A.

Num. —

PARISIIS.

Apud MICHAELM SONNIVM,
via Jacobæa, sub scuto Basiliensi.

M. D. LXXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

COLL SOCIES SALM. EX DONO REGVM.



DIGESTORVM

AD P A N D E C T A -
R V M L I B R V M P R I M V M E X M I -
S C E L L A N E I S I N T E R P R E T A T I O .
ad constitutionem Iustiniani qua ratio docendi Iuris præscribitur.

VID E Politianum cap.9; Miscellaneo Alciat.lib.21
dispunct. cap.12. Duaren. lib.2. disput. cap. 6. Anton.
Augustin. lib. 2. emendat. cap. 1. & lib.3. cap.
3. Cuiacium lib.12. obseruatio. cap. 40. & Adria-
num Turnebum lib.8.aduersario.cap.19. Forcatu-
lum dialog.10 Cottam in memorial in voce, Dy-
pondium. Cælium Rhodigium. lib. 5. antiqua-
rum lection. cap.33. Turnebum lib.16. aduersariorum cap.34. Anto-
nium Vaccam vol.1.expositionum.

§. Illud autem. Anton Guibertus in Polyhistore cap.6 & septimo.

Verific. Et quod pene in nulla alia. Constantius Landus enarratione inti-
tulum de iustit. & iure. cap.5.

§. Illud vero. Cuiacius lib.6. obseruatione. cap.13. Constantius Lan-
dus d.loco cap.6.

LIBRI PRIMI TIT. I.

De Iustitia & Iure.

De hac materia copiosè Dominicus Soto in libris de Iustitia. Con-
nanus lib.1. Commentar. Iuris civilis. Loriottus in tractat. de Iure.
Eudouicus Charodas lib.1. verisimilium. Vacunus Vacuna lib. 1. De-
claration. Iur. civilis per totum. De æquo & bono quædā Cælius lib.
7; antiq. lection. cap.12. Antonius Vacca vol.1. expositionum hoc tit.

Ad L. primam.

Ad hanc legem exstant lib.6. Petri Vellei Gueuarræ. Vacca hoc tit.

A.

MARTINI ANTONII

DEL-RIO ANTVERPIENSIS

IURE CONSULTI ET

Consilarij Regij in Cancel-
laria Brabantiae

R E P E T I T I O

L. Transigere C. de Transactionibus.

Accesserunt summaria, numeri &
quæstioncs diuersæ.



P A R I S I I S.

Apud M I C H A E L E M S O N N I V M ,
via Jacobæa, sub scuto Basiliensi.

M. D. LXXX.

C V M P R I V I L E G I O R E G I S .



REPETITIO.

EXORDIVM.

V O D Athenis in Areopago, publica præconis voce, causarum patronis prædicebatur, ne exordiis vel perorationibus vterentur, idipsum mihi hoc tempore tacitè quadammodo sentio denunciari. Siue etenim legem propositam intueamur, siue quis maximè sit huius & amplissimæ coronæ animus quæramus, siue oculos nostros in nobilissimam hanc scholam conuertamus: ciusmodi esse omnia comperieamus, vt sola per se, sine ullis verborum exornationibus, aut luminibus orationis (quæ disciplina nostra, doceri contenta, sanè non admittit) omnes, ad ea, quæ dicam, modestè & attentè audienda satis impellant.

Areopagi
cōsuetudo.

1. Dicendum est enim in ea schola, quæ cum ceteris omnibus totius orbis nobilitate, studiis, magnitudine, frequentia & religione pugnat. Salmanticensis Aca-
demie laus.

2. Dicendum de l. transigere C. de transactione. cuius tanta difficultas est, tanta subtilitas, quantam esse Bart. Bald. Castrens. Salyct. Alexand. Ias. Aretin. Purpurat. & ceteri iuris professores primarij tradiderunt, (*hic*): adeò vt Forcatulus, *in Cupidine iurisperi. cap. 5.* scripsierit, in huius legis interpretatione omnes interp. diligentissime lapsos fuisse, Goueanus autem hanc L. omnium DD. iudicia torfisse. neque eam adhuc satis intelligi. (*lib. 1. var. lection. cap. 30.*)

3. Utalitas vero L. istius difficultate tanta minor non est: etenim in iudiciis vix yllæ caussæ frequentius aguntur, quam quæ de crimini pactionibus instituuntur, & omnes illæ caussæ non aliunde, quam ex l. nostra decidi possunt. Iucunditatem quoque maximam ad fert casum ac questionum diuersitas & multitudo, maximè quia illorum decisio non ex opinosis individualium, eius quod interest, suorum, iurisdictionis, postumorum, & similium labyrinthis, sed ex certissima æqui & boni norma, pro parte etiam ex iucundissima antiquitatis cognitione dependet adeò vt formosam appellari Cynus, *bis in principio.* Demum, quod caput est, coram vobis dicendū

MARTINI ANTONII DEL-RIO EXERCITATIO AD L.

CONTRACTVS 23. D. DE DIVERS.

regulis iuris antiqui, totam culpæ
præstandæ materiam com-
prehendens.

ET

*Epit. ex lib. 1. & 2. elementorum iuris Cl. viri Ioachimi
Hopperi, nunc primum in lucem prodiens.*



PARISIIS,
Apud Michaëlem Sonnium, via Iacobæa,
sub scuto Basilensi.

M. D. LXXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



CAPUT PRIMVM,
DE DOLO, CVLPA, DILIGENTIA
casu fortuito, in genere.

INTERPRETATIO HISTORICA.

ACIT Vlpianus in hac lege, qua generaliter quid in singulis contractibus præstandum traditur, mentionem doli, culpa, diligentia, casu fortuiti: quæ quid sint ante omnia dispiciendum. Dolus, fraus, mala fides ut plutimum pro iisdem capiuntur. *Dolo* *fraus* *ineſt*, cique bona fides opponit.

Dolum antiqui in bonum & malum diuidebant, testibus Alio Donato, in Eunuch. Terenty, & Vlpiano, l.l. *D. de do. ma.* nam pro follertia hoc nomine vtebantur, qua si quis aduersus hostes latronesque quid machinabatur, dolus quidem ea follertia dicebatur, *Dolus ho-* sed bonus dumtaxat: quemadmodum & tunc, quomodo medentes, *nus.* *ut est apud Lucretium*, *oras poculorum melle illinunt*, ne potionis amaror sentiatur, &c., *ut ait Maximus Tyrius*, *Sermo 3. cum Imperato.* proprium exercitum, vel nautas gubernator fallunt, *ut iis consulant.* Huc refero simulatam Solonis insaniam, Lycurgi reditum, Ulyssis mendicitatem, Bruti stultitiam, & similia multa à Rebusto tradita ad *L. lata 233. D. de verb. signi.* & copiosius à D. Chrysostomo in *inf. lib. 1. de sacerdotio* in quibus nec perjurium nec alia turpitudo inest. Sic etiam libido, in bonam partem. Sallustius, siue quis alius, in *litteris ad Cesarem de repub. ordinanda*, quod si tibi bona libido fuerit patriæ, parentiæ gratificandi. Postmodum inualuit doli vocabulum in malis contextum & iniusta deceptione usurpari, *ut docet Sextus.* Pompejus. ea causa est cur plerumque adjiciatur mali epithetum. & quotiescumque iuris auctores simpliciter sine adiectione dolum dicunt, de dolo malo intelligere oporteat, *ut in hac lege,* & in illo Sallustij, in *C. Cottæ oratione*, Hæc si dolo aut socordia nostra contracta sunt. ibi enim dolus pro dolo malo, socordia pro culpa ponitur. Dolum Gallus Aquilius, qui primus de eo formulas edidit, definiuit, cū aliud ageretur, aliud similaretur: quæ definitio, Isidoro, lib. 5. ethymolog. cap. 37. Seruio autem Sulpicio Galli collegæ, animada-

*L. iuris gē-
tiū 7. S. fed-*

si fraudādi-

D. de paet.

Dolus ho-

nus.

Dolus ma-

lus.

d. l. 1. & in-

Satyrico Pe-

tronij.